

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus b  
cum fonte primo

Ille iuste et sancte uiuit qui rerum  
integer estimator est.  
Ipse est qui ordinatam  
habet caritatem, ne aut diligit  
quod non est diligendum, aut non  
diligat quod est diligendum, aut amplius  
diligat quod minus est diligendum,  
aut minus diligit quod  
amplius diligendum est,  
aut minus aut amplius quod eque  
diligendum est.

Augustinus in libro de doctrina  
Christiana.

Ille autem iuste et sancte uiuit, qui rerum  
integer estimator est;  
ipse est autem, qui ordinatam  
habet dilectionem, ne aut diligit,  
quod non est diligendum, aut non  
diligat, quod diligendum est, aut amplius  
diligat, quod minus diligendum est,  
aut aeque diligit, quod uel minus uel  
amplius diligendum est,  
aut minus uel amplius, quod aeque  
diligendum est.

Augustinus Hipponensis, *De doctrina  
Christiana*, 1, 27 (CCSL 32, K.D. Daur  
& J. Martin eds., p.22, ll.1-7).